

1739.

1. Berg, Iacob. Historie: De fict'oribus principiis
Immonstundi non etiam orationis

41.

2. Nettelblatt, Henr.: Paulianae actionis versus
fundamentum, objectum ut et operis duratio. 25 apud

1770.

1. Mantzel, Ernest. Ioh. Fid., fac. ius. Recens: Prograna,
quo ad solennia Doctoralia In. Fid. Graeciae iuri
fuit.

2. Mantzel, Ernest. Ioh. Fid.: De jure praetationis pro
eum corporum. alioque eorum iuribus singula-
ribus in megepoli - -

3. Mantzel, Ernest. Ioh. Fid.: De jure praetationis pro-
nius sine usuris creditae

4. Mantzel, Ernest. Ioh. Fid.: De successione descendentiis
ab interato inaequali speciation ex causa hodie
Gastronomici, quae ultimis genitatis

174.

1. Balten, Gabriel : De sublata in diabolo vindicta
penitentia ad bonum et malum.

2. Hartmann, Fr. d' : De principiis iuris rebus
realis indeque resultantibus obligacionis naturalis
universalitate ex ipsa moneretatis et obliga-
tiois naturalis natura ostenda.

3. Moring, Matthaeus Beuoni : De prodige felicis
in materia de fractuum restitutioe 2 Simpl.

7. Moring, Matthaeus Beuoni : De retentione
in deposito brevia

5. Mantzel, Ernst. Dr. Fr. : De proposito in mente
retento.

6^a Mantzel, Ernst. Dr. Fr. : De decisionibus, quae
firunt pro autoritate.

6^b Mantzel, Ernst. Dr. Fr. : De decisionibus, quae
firunt pro autoritate. Accedit Mantzel, Ernestus

7. Fissures: Wie viele Geld einen Beutel, der nie
ein Kopf gross? Res 1741.

7^o -^o Mantz, Em. Dr. Fris: *de penina mercatrice* Bruxl.

8. Schmid, Ich. Petr: *De vindicatione rerum pupillarum
omni casu ad quinquevium restricta*.

9. Schmid, Ich. Petr: *De præstatione ratae* ..

These are placed near each other with a considerable
distance between them. At 1851 and 2000 feet the
waterfall is about 100 feet high. At 1850 feet it is
about 100 feet wide and 100 feet high. At 2000 feet
it is about 100 feet wide and 100 feet high. At 2000 feet
the water is falling over a rock which is about 100 feet
wide and 100 feet high. The water is falling over a rock which is about 100 feet wide and 100 feet high. The water is falling over a rock which is about 100 feet wide and 100 feet high.

At 1850 feet there is a waterfall which is about 100 feet
wide and 100 feet high. At 2000 feet there is a waterfall which is about 100 feet wide and 100 feet high. At 2000 feet
there is a waterfall which is about 100 feet wide and 100 feet high. At 2000 feet there is a waterfall which is about 100 feet wide and 100 feet high.

PRÆCIPUIS. DE
AD
GRATIA
M. C. PRÆCIPUE. PRÆCIPUE.
DOMINORUM HERRIC
M. C. M. COLENDI
VARNIACA
M. C. M. COLENDI
NDR



16

1

24

Pr. 15. num. 25.

2
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE
JURE PRÆLATIONIS
PECVNIAE
SINE USURIS CREDITAE,
Nom Belde so keine Rente giebt,
AD ARTICULUM XII. LIBR. III. TIT. I.
JUR. LUBEC.

6
1740, 3.
Quam
SUB UMBONE ALTISSIMI,
ET INDULTU AMPLISS. JCTORUM ORDINIS
IN ACADEMIA PATRIA VARNO-BALTHICA,
ANNO O. R. MDCCXL. D. JUN.

206
SUB PRÆSIDEO
DN. ERN. JO. FRID. S. Banzeln,
PHIL. ET J. U. D. ATQVE INSTIT. P. P. O. FAMIGERATIS-
SIMI, AMPLISS. FACULT. JURID. AD H. A. DECANI
SPECTABILISSIMI,
PATRONI, OLIMQUE PRÆCEPTORIS OMNI OBSERVANTIAE
GENERE AETERNUM COLENDI, PROSECVENDI,
PRO LICENTIA,
SUMMOS IN UTROQUE JURE RITE CAPESSENDI,
HONORES,
PUBICÆ, EIDEMQUE PLACIDÆ DISQVISITIONI
SUBJICET,
BERNH. FRID. NEUCRANTZ,
JUR. CAND.

R O S T O C H I I,
Typis JOH. JACOBI ADLERİ, SEREISS. PRINCIP. & ACAD. Typogr.




DIESELBE PEGASUS LIBRERIA
HIERARCHIAE APOSTOLICAE

SINE LITERIS CREDITAE

IN HOC LIBRO VIDEATUR
OMNIS HISTORIA MUNDI

ANNO MDCCLXVII
AD TERRAM RUSSICAM

ДАВИД СИМЕОНОВИЧ
СИМЕОНОВСКИЙ





PRÆFAMEN.

Praeterea examine, cum mihi de themate quodam, dissertatione inaugurali digno circumspiciendum esset, haud diu me hæsitare animus sinebit. Cum enim facili perspicerem negotio, permulta & varia, ea que non levia & vulgaria, sed singula singulari elaboratione & lucubratione digna, adhuc superesse juris capita, incidi tandem in materiam: *de jure prælationis pecuniae sine usuris creditæ*. Commendavit se hæcce materia duplaci ex ratione. Prima erat, quod usum ejus & obseruantiam, in iis locis, quæ jure Lubecensi reguntur, deprehenderim frequentissimam, &, quæ altera erat, Doctores & Autores, qui de concursu creditorum scripserunt, quosque

A 2

evol-

evolvere licuerit, hujus materiæ passim & incidenter mentionem fecisse, animadverterim. Primam affirmat quotidiana plurium Megapolensium civitatum praxis, vix enim, ut unum allegaverim exemplum, in superiori quod est Rostochii judicio, sententiam prioritatis publicatam vidi, in qua haec non legantur verba: N. N. mit :: Capital, so ihm Liquidatus laut *Beschreibung* sub dato &c. ohne Zinsen angeliehen. Secunda ex ipsa Autorum inspectione & lectione probatur. Quæ cum ita sint, haud ingratum fore duxi, si pleniorum hujus materiæ enodationem atque explicacionem præsenti labori destinarem, & pro tenuitate virium, & quantum per breve temporis spatium licuerit, defectus hucusque desideratos supplerem & B.L. communicarem. Ordo, quem in præsenti tractatione observabo, erit, ut illam in tria dispescam capita, ita ut *I*mo de jure prælationis pecuniae sine usuris creditæ in genere. *II*do, de competentia juris prælationis & *III*tio de modo detegendi in competentiā latentem, agam. Faxit Deus T.O.M. ut omnia cedant feliciter.

CAP.

CAPUT I.

DE

JURE PRÆLATIONIS PECUNIÆ SINE USURIS CREDITÆ IN GENERE.

§. I.

Textum illum Juris Lubecensis, cuius particulae se *Articulus*
quentes destinavimus meditationes, sicut Lib. III *J. L.*
Tit. I.

ARTICULUS XII.

Sezem folget gemeiner Stadt-Schuld, welche alsdann gesetet vor alle Creditoren, darnach Kinder Geld, vor den Rathe ausgesprochen, folgend der Brautschatz, trewe Hand, welche durch Untreue verrückt ist, Kinder, Armer Leute, Gottes Häuser und sonstigen Geld, welches keine Rente giebt. Nach diesen die Creditores hypothecarii, das ist, welche ausdrückliche schriftliche Verpfändung haben nach der Zeit als die Verpfändung geschehen, also daß die ältesten den jungen vorgehen, leßlichen die gemeine Schuld.

§. II.

Definimus autem jus prælationis pecuniæ sine usuris creditæ, per Privilegium pecuniæ sine usuris mutuo *Definitio*
Juris præ-
datae concessum, ut in concursu creditorum hy-*lationis, pec-*
pothecariis quibuscumque immediate prælocetur. *f. u. credita.*

SCHOLION. Descriptiones terminorum in definitione occurrentium judicamus superfluas, cum jurisperitis sint familiares & clari; definiens autem officio suo satisficiat, si utatur terminis, quos clares supponere licet ei in cuius gratiam definitio conditur, notante Illustr. WOLFIO
in phil. rat. §. 164.

A 5

§. III.

§. III.

relatio ejusdem ad privilegia. Jus prælationis pecuniaæ s. u. creditæ ad privilegia recte refertur. Etenim jus prælationis (§. 2.) definitum, juri communi, quod, citra dubium, hypothecarios credores pecuniaæ gratis creditæ præfert, contrariatur, indeque ad jura singularia referendum, quæ in favorem certarum causarum vel personarum ultra regulas juris communis sunt introductæ. Quamobrem cum ejusmodi jura singularia privilegia audiant. L. 8. ff depos. TITIUS in *Jur. priv. Lib. I. C. XI.* §. 19. STRUV. in S. J. C. Ex. 2. §. 26. & 27. FRANZK. adff. tit. de *Conf. Princ.* n. 36. LAUTERBACH. in *diss. de privil. cred. pers.* §. 5, quod jus prælationis pec. s. u. creditæ ad privilegia recte referatur, dubitari nequit.

SCHOLION. In eo omnes, quos evolvere licuit, Doctores, præter GERDESIMUM in *diss. de different. jur. com.* & Lub. §. 80. convenient, quod secundum jus commune mutua gratuita hypothecarii minime sint præferenda; dissentunt saltem: an non ante chirographarios qui sub fœnore mutuum dederunt collocandi? Affirmativam tenuent STRUV. Ex. 44. tb. 56, aliqua a MEVIO ad J. L. Art. 12. tit. 1. Lib. 3, n. 48. allegati, quos sequitur celeberr. Dn. LEYSER, in *med. ad ff. Spec. 487. med. 4.* & hi omnes L. 7. §. 2. depos. & L. 24. §. 2. ff. de reb. aut. jud. pos. de pralatione pecuniaæ apud numularios deposita & consumpta disponentes, ob rationis generalitatem ad mutua gratuita ingenere extendunt. Nativam vero defendit ANTON. a MARA. de *concurse. cred. Lib. 2. tit. 11. §. 21. 22.* & hujus sententiam judicamus veriorem, cum nec verba, nec ratio LL. allegatarum, extensivam earum interpretationem admittat. Etenim illas loqui de pecunia deposita, mutuo datæ opposita, clarissima verba L. 24. cit. demonstrant: Sed enim qui depositis nummis usuras a mensulæ acceperunt aceteris creditoribus non separantur, & merito: aliud enim est credere, aliud deponere. Rationem autem Legum, non in favore mutui, natura sua gratuitæ, sed in publica fide quam

quam deponens fecutus est, collocandam esse, non minus ex ipsa L. cit. 24. apparet: potiorem eorum causam esse placuit qui pecuniam apud mensam, fidem publicam fecuti, depofuerunt. Optime PAPINIANUS in l. 8. ff. depof.: quod privilegium propter necessarium usum argenteriorum, ex utilitate publicare rectum est. add. LAUTERBACH. in diff. de priv. cred. perf. §. 18. sqq. Ceterum ex dictis intelligitur quam graviter lapsus sit GERDESIUS, loc. cit. ex L. 7. §. 2. depof. & L. 24. ff. de reb. aut. jud. poss. inferens, jure communi, qui sine usuris crediderunt, omnibus sub usuris creditibus, utut privilegiatis, praeferriri, indeque illis pinguis privilegium ac jure Lubecensi indultum esse, quo pecunia sine usuris mutuo data saltem accenseretur privilegiatis creditoribus, & hypothecariis praefertur.

§. IV.

Privilegium de pecunia s. u. credita praedictum, est reale, non personale. Quoniam per tex- & quidem realia. tum expressum; Geld, welches keine Rente giebt non persona sed rei concessum; privilegia autem qua rei vel causæ tribuuntur realia sunt & personalibus opponuntur, DDres. adit. ff. de Conf. Princ.; quin realibus accenserter debeat, ambigendum non est.

SCHOLION. Non obstat: textum Jur. Lubec. loqui per compendium, & si verum spectetur, non rei seu pecunia; sed potius personis qui pecuniam sine usuris crediderunt, privilegium indultum esse. Licet enim hoc concedamus eruditum tamen monitum TITH. in jur. priu. L. I. C. XI. §. 24. res inanimata rerum moralium non possunt esse subjectum, quamvis rebus, magno consensu, jura nonnulla, ut privilegia & servitutes inherevere doceant. Nam non rebus, sed potius personis intuitu rerum, jura illa competitur, que per loquendi compendium, rebus ipsis deinde adscribuntur, omne dubium facile tollit. Paucis: privilegium quæst, indultum est creditoribus seu personis, non qua talibus, sed intuitu rei, pecunia sc, gratis credita;

eius;

ejusmodi autem privilegia realibus annumerari constat.
vid. FRANZK. ad tit. ff. de Conf. Princ. n. 36. s. 9.

*Sensus vocis
gibt.*

§. V.

Verba textus: *Geld, welches keine Rente giebt,* de pecunia ex contractu mutui debita, sunt intelligenda. Etenim in textu plane nulla debendi causa exprimitur, hinc si solus spectetur, de quanam sit intelligendus, non appareat. Quoniam vero Jus Lubecense sub IV. titulis contraetus reales exposuit, ita ut Libri 3ti Tit. I. agat de mutuo von Gelehrten Gelde, Tit. II. de commodato von Auslehnern, Tit. III. de deposito von Trewer Hand, Tit. IV. de pignoribus & hypothecis von Verpfändungen, & textus noster titulo Imo insertus reperitur, cuius rubrum est de mutuo von Gelehrten Gelde; lex autem in dubio ita sit intelligenda ut conveniat rubrica sub qua ponitur, EVERHARD, loc. top. leg. Loc. XCII. n 6. verba textus: *Geld, welches keine Rente giebt,* de contractu mutui sunt intelligenda.

SCHOLION. Consentientem habemus MEVIUM in Comment. ad art. 12. n. 49. verb.: *Sed ex rubrica, uti alias, accipendum hoc est de pecunia gratis mutuo data.* Ceterum argumento ex rubrica aliud ex Jure Saxonico accedit. Observarunt MEV. in quest. pral. I. ad J. L. n. 55. aliquique allegati ab III. Dn. de WESTPHAL. in diff. de orig. & font. Jur. Lub. §. 4. lit. Y, Jus Lubecense proximam interpretationem petere ex Jure Saxonico, unde magna ejus pars desumpta est. Sed in Ord. Jud. Sax. tit. XLIX. §. 3. distinetè traditur: *Wenn auch einer jemand Geld ohne Zinsen geliehen, ist er dermaßen privilegiert, daß er vor allen andern Gläubigern welche Zins genommen, bezahlet werden soll.* Præterea consensus aliarum provinciarum notari meretur de quo conferendus MARTIN. in Comm. ad Ord. Jud. Sax. §. 3. Tit. XLIX.

§. VI.

*Sensus vocis
Geld.* Per terminum: *Geld, intelligendi sunt nummi, seu pecunia numerata.* Etenim compilator Juris Lube-

Lubecensis definitionem vocis Geld nullibi suppeditavit, nec, ex quoniam libro eadem sit haurienda, indicavit; usus ergo est termino, nec a se definito nec ab aliis, in communi tamen sermone obvio; Hoc autem casu is significatus termino tribuendus, quem ipsi tribuit usus loquendi, per demonstrata ab Ill. Dn. WOLFIO in phil. rat. S. 609. add. TITIUS in J. priv. L. I. c. 17. §. 10. Quamobrem cum usus loquendi distinguat pecuniam a rebus pretio affectis, Geld vom Geldeswehrt, & termino Geld notionem nummorum jungat BESOLD. in Thespract. v. Baar, baares Geld; per vocem Geld in textu occurrentem pecunia numerata est intelligenda.

SCHOLION. Non equidem nos latet, Jus Romanum terminum pecuniae subinde in sensu latiori, imo latissimo adhibere, quando in l. 5. ff. de V. S. pecunia significatio refertur ad ea qua sunt in patrimonio & per l. 222. eod. pecunia nomine non solum numerata pecunia, sed omnes res, tam soli quam mobiles, tam jura quam corpora continentur; Et, si praterea verum sit, ex Jure Rom. jura statutaria esse explicanda, nihil obstare videtur, quin notio pecunia latior in jure Romano obvia, ad terminum Geld, quo Jus Lubec. utitur, transferri possit, imo debeat, cum ipsa rubrica tituli von gelehtem Gelde, intuitu aliarum rerum fungibilium, qua non minus, ac nummi, obiectum mutui constituant, significatum latiorem admittat & exposcat; Sed his non obstantibus, significati proprio, usuque loquendi apud germanos conformi, in praesenti inhærendum esse censemus: versamus enim in statuto regulis jur. comm. adverso, inque materia privilegiorum, quibus laxior verborum significatus non convenit. Sequimur UPLIANUM, qui simili ratione commentatus est ad verba SCti Macedoniani: mutuam pecuniam dedisset, in L. 7. ff. ad SCt. Maced. Mutui dationem non solum numerata pecunia, verum omnium qua mutuo dari possunt an accipere debeamus videndum?

B

Sed

Sed verba videntur mihi ad numeratum pecuniam referri, ait enim **Senatus**: MUTUAM PECUNIAM DEDISSET. Tandem notandum, laxiorem termini pecunia significatum ipsis Romanis extraordinarium esse, ita ut plerumque pecunia appellatio strictius accipiatur & nummos tantum comprehendat. Id quod variis legibus confirmatum dedit BRISON. de verb. signif. v. *Pecunia*.

§. VII.

*Sensus vocis
Rente.*

Termino Rente usuræ denotantur. Hic enim significatus usui loquendi, imprimis apud Lubecenses, congruit, & proinde, deficiente definitione refinendus est vi dictorum ad (§. 6.)

SCHOLION. Evidet voce Rente designantur anni redditus in Art. VIII. & IX. Tit. VI. lib. III. J. L. veib. Rente causa fæsen. Cum vero sub genere redditum usuræ comprehendantur, & memorati anni redditus sint usuræ palliata; nihil obstat, quo minus terminus Rente de usuris intelligatur, vid. ME V. cit. loc. ad Art. XI. n. 46. TIT. Obs. ad L. 701.

§. VIII.

*Prælationis
concessæ in-
dolæ.*

Pecunia sine usuris credita præfertur quibuscunque hypothecariis. Præfertur enim hypothecariis in genere per text. Mach dießen die Creditori hypothecarii, consequenter, vi dicti de omni, vid. illustr. WOLF. phil. rat. S. 346. quibuscunque.

SCHOLION. Per immediatam prælationem cuius in definitione mentio facta innuere voluimus, quod pecunia sine usuris credita, debito liberorum, pauperum & piorum locorum simpliciter sit postponenda. Et si enim nihil de ordine in textu expresse statuatur, enumeratio tamen creditorum facta pro ordine est. Quemadmodum enim.

enim hic ordo denotat affectionem disponentis aut favorem rei dispositae rationabilem, ita ostendit, primo nominata esse præferenda, bene sic judicante MEVIO ad art. XI. Lib. 3. tit. I. n. 29. seqq.

§. IX.

Si exsisterit ratio objectiva, quæ voluntatem legislatoris determinavit ad privilegium prælati^{ratio privi-}
nis pecuniæ sine usuris creditæ tribuendum, erit hæc vel odium usurarum, vel favor officii humanitatis, quod gratuito mutuans præstat. Ponatur ratio in odio usurarum. Cum ex historia usurarum constet, illas, eo tempore quo jus Lubencense compilatum est, nempe Sec. XII. vel XIII. ill. Dn. NETTELBLAT in diff. de fontibus Jur. Lubec. § 6. insigni odio subjectas fuisse. ill. Dn. BOEHMER. in Jur. eccl. Prot. Tom. V. tit. de usuris §. XX. in solo usurarum odio contineri potest ratio postlocationem mutui usurarii determinans, si eodem animus legislatoris fuerit imbutus. Ponatur ratio in favore officii humanitatis. Cum majore favore dignus videtur qui mutuam pecuniam gratis dat, quam ille qui mediante mutuo proprium simul quæsivit commodum, in solo favore officii humanitatis continebitur ratio prælocationem mutui gratuiti determinans, si legislatoris animus ab odio usurarum fuerit immunis. Tertia autem ratio objectiva concipi nequit, cum integrum privilegii objectum absoluat mutuum gratuitum usurario comparatum vel oppositum, adeoque in hoc vel illo ratio determinans, si quæ datur, reperiri debeat; Consequenter si exsisterit ratio objectiva determinans erit hæc vel odium usurarum vel favor officii humanitatis, quod gratuito mutuans præstat.

§. X.

Datur ratio privilegii pecuniæ s. u. creditæ est compof.
B 2 tributi, ea.

tributi, & hæc ut composita ex odio usurarii & favore gratuitu mutui concipienda est. Etenim posito privilegio, ponenda est ratio determinans voluntatem legislatoris ad introducendum jus singulare a regulis communis recedens l. 16. ff. de LL, consequenter datur ratio iuris prælationis pecunia f. u. creditæ concessi (§. 3.) quod erat primum.

Enimvero cum ratio, vel odium usurarum, vel favor mutui gratuiti esse debeat, & utraque non solum possibilis sit, sed & coexistentia earundem nullam involvat contradictionem, legislator autem nec unam nec alteram manifestaverit, absque ratione sufficiente affereretur, hanc vel illam legislatorem impulisse ad privilegium prælationis mutuo gratuito concedendum, proinde nulla privilegii ratio esset; Quod cum sit contra hypothesin, ratio privilegii ut composita ex odio usurarum & favore gratuiti mutui concipienda est, quod erat alterum.

SCHOLION. Accurate ergo non philosophantur, si lum favorem officii humanitatis pro causa privilegii impulsva allegantes. Paulus rectius CARPZ. p. I. Conf. 28. def. 13. scribit: *Rationem si quasiveris procul dubio ea consilist in odio usurarum, ut si nulla lege, attamen prioritatis privilegia, homines ad charitatem christianam & mutuum gratuitum incitarentur.*

§. XI.

Interpreta-
sia.

Privilegio pecunia f. u. mutuo datæ interpretatio restrictiva, regulariter convenit. Est enim hoc privilegium jus singulare, concedenti quidem nulla ratione, tertio autem seu hypothecariis creditoribus quibuscumque, admodum damnosum, & hoc respectu non favorable sed odiosum. Quamobrem cum interpretatio restrictiva juri singulare tertio nocivo & odioso congruat ill. DN. LEYSER. in med. ad ff. spec. no. med. 5. § 6. Quin ea dem

dem privilegii pecuniae s. u. mutuo datae regulariter conveniat, dubitari nequit.

SCHOLION. Strictam interpretandi rationem eo magis privilegio mutui gratuiti convenire judicamus, ac rationes hujus privilegii, si verum fateri licet, magis ceterbrinæ quam veræ æquitati favere deprehendimus. Nam ratio ab odio usurarum petita, secundum sana de usuris licitis principia, de quibus vid. Dn. LEYSER. *Spec.* 243. *med.* i. ibique all. PUFENDORF. iniqua est, nec favor mutui gratuiti tantus existimendus est, ut damnum inde incurrire debeant creditores providi, per constitutionem privatæ, imo publicæ hypothecæ, sibi licite & optime prospicientes. Si humanitatis officium præmio quodam provocandum, hoc ipsum cum detimento tertii innocentis fieri non debet.

CAPUT II.

DE

COMPETENTIA ET INCOMPETEN- TIA PRIVILEGII.

§. XII.

IN genere locus est privilegio prælationis. *De competen-*
pecunia numerata absque usuris sit mutuo *tentia in ge-*
data. (§. I.) *nere*

§. XIII.

Si non sit credita pecunia numerata privile- *cessat ob de-*
gium prælationis cessat. Etenim per vocem Geld in *scium pe-*
Textu merata. *cunia nu-*
B 3

Textu occurrentem intelligi debet pecunia numerata (§. 6.) nec stricta interpretandi ratio juri singulari, impri-
mis odioso, conveniens, illius extensionem ad omnes res
pretio affectas permitit. (§. 11.) Cum ergo privilegium
soli pecuniae numeratae tributum intelligatur, illud ipsum
cessare debet, si non sit credita pecunia numerata.

§. XIV.

*cessat si alie
res mutuo
date.*

Quodsi ergo res fungibles a nummis diversæ
sint mutuo datae e. gr. vinum, frumentum, lignum ad
exstruendam domum & similia, privilegium prælatio-
nis non competit.

SCHOLION. Dissentit equidem MEV. *I. c. in addi-*
tam. n. 4. existimans, privilegium ob identitatem rationis,
ad quocunque creditum gratuitum extendendum, five
nummis non proprium esse ; & juxta illius sententiam
prælationem concessam esse novimus ei qui frumentum
gratis crediderat :

N. mit 4 Scheffel Roggen, so er dem Liquidato ohne
Zinsen angeliehen.

Sed nihil mutamus. Licet enim communiter afferatur,
privilegia per rationem suam esse amplianda & extenden-
da, vid. Doctores allegati a STRYKIO in *diss. de interpret.*
privil. c. V. n. 23. seqq. attamen ipse STRYKIUS *I. c. n. 44.*
monet, quod rationis identitas allegari quidem possit in
jure communi, non vero in jure singulari, & hæc phi-
losophia Legibus positivis approbata est. Etenim in *I. 14.*
& 16 ff. de LL. regula traditur : quod contra rationem ju-
ris communis receptum, non est producendum ad con-
sequencias, tales sc. quarum nullus cum voluntate privi-
legiantis datur nexus necessarius. Licet ergo, ut paucis,
pro ratione instituti, dicta ad casum præsentem applicemus,
luben-

lubentes concedamus, legislatorem privilegiantem, officium humanitatis, quod præstat gratis mutuo dans, favore prosecutum esse, negamus tamen consequentia necessitatem: E. mutuo gratuito in genere jus prælationis concedere voluit, Et a verbis speciem designantibus ad genus argumentandum?

§. XV.

Si objectum mutui gratuiti sint res fungibles ^{etiam si sine estimato datae} etiam si sine estimato datae. Si enim res fungibles sint estimato datae, id eventualiter inter contrahentes actum intelligitur, ut premium successat in locum rerum, in genere restituendarum; sed diversa sunt pecuniam numeratam dare, & loco rerum estimatarum pecuniam recipere; proinde cessabit privilegium pecunia numerata gratis mutuo datae concessum, si objectum mutui gratuiti sint res fungibles estimato datae.

§. XVI.

Si objectum mutui gratuiti sit premium rerum fungibilem a mutuatario vendendarum, pri- quando come-
vilegium prælationis competit. Etenim, ex hypo- petat intui-
thesi, premium rerum fungibilem vendendarum mutuo ru pretii re-
datur; cum vero premium consistat in pecunia numerata ram.
S. 2. J. l. l. f. de C. E. V. l. g. C. eod. nec interfit an hæc
a creditore, an ab alio ad ipsius mandatum, ex rebus vendi-
tis sit comparata, argum. l. 71. §. 5. ff. de aqua, vel omnibz, bared.
Prælationis privilegium autem locus sit, si pecunia numerata
absque usuris sit credita; (§. 12.) quin hoc competit si ob-
jectum mutui gratuiti sit premium rerum fungibilem a
mutuatario vendendarum, ambigendum non est.

SCHOLION. Probationem a nobis datam ad omnes
res pretio affectas applicari posse, quilibet animadvertisit.

Quando

Quando ergo chirographum ea conditione est datum ut pecunia ex illa debita exigatur & ad usus mutuatarii transferatur , privilegium prælationis similiter obtinebit.

§. XVII.

*Quando cef-
sat ob cau-
sam deben-
di.*

Si nummi debeantur , sed causa debendi , ex quacunque alia præter mutuum conventione , orta sit , privilegium prælationis cessat . Etenim verba textus Geld , welches keine Rente giebt , de pecunia ex contractu mutui debita sunt intelligenda (§. 5.) nec stricta interpretandi ratio juri singulati , imprimis odioso , convenientis , illorum extensionem ad indefinitas debendi causas permittit . (§. 11.) Cum ergo privilegium prælationis soli mutuo gratuito tributum intelligatur , illud ipsum obtineri nequit , si nummi quidem , sed ex alia quacunque præter mutuum conventione , debeantur .

§. XVIII.

*intuitum mer-
cium credi-
tori non
competit.*

Mercator ergo qui merces sine usuris credidit , jure prælationis non gaudet .

SCHOLION . Consentit MEV . loc . sepius cit . & pro ratione sequentem allegat regulam : ubi lucrum aliquod queritur , eis non petatur usura , privilegium cessat . Licet autem hæc regula , causa privilegii ad prime congruens , in se sit verissima , & vix alia debendi causa , præter mutuum gratuitum , occurrat , cui commodum creditoris non sit conexum ; attamen cum hoc commodum non semper ita patet , ut in mercibus a mercatore sine usuris creditis , e.g. in pretio pro rebus ad quæstum non venditis sine usuris debito ; in pecunia assècurationis , quam conductor quandoque sine usuris locatori credit ; in eventuali emtione venditione si res fungibilest estimato datae sunt (§. 15.) & finit.

similibus; inde in probatione theorematis præcedentis lucri vel commodi creditoris nullam habuimus rationem.

§. XIX.

Pecunia ex cambio proprie sic dicto debita, ex *cambio* privilegio non fruitur; quodsi autem mutuum *palliatum* *petit*; non ex *cambio* *palliatum* re vera *contractum cœteris pari-proprio*.
bus *privilegio* locus est. Cum enim *cambium* proprie sic dictum sit, quando pecunia a remittente alteri solvitur hunc in finem, ut alibi præsentanti fiat solutio ab eo, cui facta traxa III. BOEHM. ad ff. tit. de rer. perm. §. 8. erit species permutationis, vel negotium ex permutatione & mandato, aliquando etiam locatione, mixtum, SCHILTER. Exere. ad ff. 32. §. 9. & 10. Consequenter causa debendi a mutuo est diversa, indeque pecunia ex *cambio* proprie sic dicto debita *privilegio* non fruitur. Quod erat primum.
Porro, cum *cambium* *palliatum* dicatur, quod debitor creditori loco *chirographi* dat, ut eo promptior fiat executio illi. BOEHM. l.c. nullum est dubium quin *cambia palliata* in mutuo locum inventire & *chirographis* solitis substitui possint. Quamobrem cum *privilegium prælationis* competit, quando pecunia absque usuris fit mutuo data. (§ 12.) Ceteris paribus illi locus est, si mutuum *cambio* *palliatum* fuerit *contractum*. Quod erat alterum.

SCHOLION. Exempla *cambiorum palliatorum* sunt frequentissima. Haud raro usurarum in illis expressa fit mentio: Zahle ich an A. oder ordre die Summa von 500. Rthlr. nebst eines Jahres Zinsen zu 5 pro Cent; plerumque tamen illarum solutio anticipatur, damit der Wechsel, uti dicunt, reine bleibe; vel quantitat^e credit^e junguntur: Zwölff Monath a dato Zahle ich an A. oder ordre die Summa 525. Rthlr. valuta empfangen. Frequentantur etiam *cambia* in emtionibus venditionibus intuitu pretii, raro autem causa proxima debendi adjicitur: e. g. valuta durch

C

mir

mir verkauffte 2 Last Hogen empfangen; Sed valuta generaliter allegatur. Proinde a cambis palliatis ad mutuum non semper valet consequentia. Ex dictis appareat, quod cautione opus sit, ne pecunia ex cambio debitæ jus prælationis, pecunia fine usuris mutuo data alias proprium, tribuatur. Juxta praxin fori Rostochiensis cambia hypothecaris postponuntur, quando ex illis non appetit, quod causa debendi fuerit mutuum gratuitum; in casu opposito autem juri prælationis locus conceditur. Ita censuit Ampl. Senatus Rostoch. in M. Concurs. Sache testante sententia prioritatis d. 13. Febr. 1733. publicata.

No. 18. Carl Siegmund B. aus Stralsund mit 160 Rthlr. so dem liquidato auf einen den 20. Dec. 1731. ausgestellten, cum hypotheca bonorum versehenen Wechsel, ohne Zinsen angeliehen worden.

Cambium sequentis erat tenoris:

Stralsund den 20. Dec. 1731. Rthlr. 160,
in 4 f. St.

Zukünftigen Johanni Marcht Ao. 1732. zahle vor diesen meinen sola Wechsel an Hrn. Siegmund. B. oder ordre 160 Rthlr. in 4 f. Stücke, so mir derselbe auf mein Ansuchen, aus wahrer Gureheit bis dahin vorgeschoffen, verspreche dagegen sub hypotheca bonorum zur Zeit prompte Zahlung

J. P. M.

acceptare auf mich selbst

J. P. M.

§. XX.

§. XX.

Si inter creditorem & debitorem convenerit, non competet, quando ut pecuniam ex alio contractu, praeter mutuum, debitor retinet, retineat debitor instar pecuniae s. u. mutuo datae, privilegium prælationis cessat. Etenim amicum solvere & solvendum retinere sint opposita, debitor dam. non solvit pecuniam debitam quam retinet, consequenter deficit pecunia numerata, quæ mutuo dari possit; hac autem deficiente privilegium prælationis cessat. (§. 6. & 12.)

SCHOLION. Non obstant verba l. 15. ff. de R. C. ut cum ex causa mandati pecuniam mibi debeas, & convenerit ut crediti nomine eam retineas; videatur mibi data pecunia & a te ad me profecta. UPLIANO enim hujus legis autori lubentes concedimus, ut pecunia ex alia causa debita, fingatur soluta & iterum mutuo data; concedimus etiam in praesenti facti specie verum mutuum, sed mutuum privilegium negamus. Hic, si unquam expedit, privilegium stricte interpretandum & secundam rationem suam restringendum est. Mutua enim gratuita ex sola charitate christiana profecta non sunt adeo frequentia, in plurimi officium humanitatis exulat, & creditor privilegii prælationis non ignarus, ex nulla alia ratione usuras abhorret, quam ut sortem habeat salvam. Quodsi ergo pecuniam, quæ v. gr. ex emto debetur, in termino solutionis non consequatur & dubium obveniat, an emtor existat soluendo, tunc charitate christiana vel quasi motu, pecuniam per annum & quod excurrat, debitori etiam sine usuris jure mutui retinere finit: Er lässt sich eine Obligation geben, daß er ihm 500. Mthl. ohne Zinsen angeliehen habe. Ceterum nostris meditationibus etiam analogia juris favet, cum in l. 8. pr. Mandat. præcipiat: uniuscujusque contractus initium esse spectandum & causa.

C 2

§. XXI.

§. XXI.

cessat; Si mutuum usurarium in gratuum fuerit conversum. Ex probatione propositionis prioris liquet, quod privilegium prælationis nec tunc competat, si mutuum usurarium per novationem in gratuum fuerit conversum. Nec enim hoc casu affirmari potest pecuniam gratis creditam.

SCHOLION. Exempla non deficiunt: Wenn man merkt daß der Schuldner schlecht wird, so verlangt man, aus Christlicher Liebe vel quasi, weiter von ihm keine Zinsen, sondern novaret die erste Obligation.

§. XXII.

competit, licet chirographum deficiat. Pecunia s. u. mutuo data privilegio prælatione gaudet, licet chirographum desuper non sit confessum. Si enim chirographum non sit confessum, scriptura deficit; cum autem scriptura ad essentiam mutui, nec iure Lubecensi, nec Romano, *argum. l. 4 ff. de pign.* requiratur; defectum chirographi privilegio prælationis non obstat, evidens est.

SCHOLION. Modus probandi mutuum gratuitum ad locum communem de probationibus spectat, quem in præsenti excutere, ratio instituti non permittit. Unicum faltem occurrit monendum, quod præsumptioni mutui gratuiti inter DDres controversæ, vid. LEYSER. Spec. 130. med. 3. effectus aliqualis liberationis a probando non tribuendus: cum sine dubio præsumtio hominis sit non juris.

§. XXIII.

competit, si in chirographo usuræ non sint promissæ, privilegium prælationis obtinet. Si enim usuræ in chirographo non sunt promissa, ex illo non debentur *l. 3. C. de usur.* sed pecunia

nia absque usuris mutuo data est, de qua non debentur usuræ. Quamobrem cum pecunia s. u. mutuo datae privilegium prælationis competit, quin hoc obtineat, si in chirographo usuræ non sint promissa, nulla ratione dubitari potest.

§. XXIV.

Non ergo ad competentiam privilegii requiri-
mentio pecu-
nias u. cre-
dite non re-
quiritur.

mentio pecu-
nias u. cre-
dite non re-
quiritur.

Non ergo ad competentiam privilegii requiri-
mentio pecu-
nias u. cre-
dite non re-
quiritur.

ut in chirographo debitor confessus sit, sibi pecuniam s. u. esse creditam.

SCHOLION. Veritas hujus corollarii Anno 1730, in concursu D. impugnata quidem est, sed infelici successu. Casus erat sequens; W. liquidabat 60. fl. ut pecuniam sine usuris creditam ex chirographo sequenti tenoris: Ich Endesbenannter bekenne, daß heute W. mir 60 fl. angelischen habe, und verspreche sub hypotheca bonorum solche innerhalb 4 Wochen wieder zu bezahlen. Rostock den 4. Febr. 1728. In prioritatis sententia locus creditoris assignabatur inter hypothecarios:

No. 38.) W. mit 60 fl. Laut Scheins vom
4 Febr. 1728 so mit General Hypothec verschen-

Quia in chirographo debitor non erat confessus se pecuniam mutuam sine usuris accepisse; Sed interposita restituitione a J. C. Otis extraneis pronuntiatur: Nunmehr aus dessen Actis so viel zu ersehen, daß W. mit 60 fl. nach No. 16. und allen Hypothecarii vorzuschen sey. Hanc sententiam de hinc Ampl. Senatum Rost. in judicando semper esse secundum, permulta testantur præjudicia.

§. XXV.

Si usuræ non sint permisæ, creditor tamen cessat, usu-
pro pecunia mutuo data ex post facto usuras ac-
cesserit, privilegium prælationis cessat. Etenim post factio-
usuræ non possit pateri.

C 8

nullum

nullum est dubium, quin per acceptationem usurarum consensus de mutatione mutui gratuiti in usurarium ipso facto declaretur, consensus autem facto concludente declaratus æquipollit verbis expresso, arg. l. 57. de Pact. proinde paria sunt, an exigantur usuræ promissæ, an non promissæ accipiantur; Sed pecuniam sine usuris mutuo esse datam, si usura de eadem sint promissæ, repugnat; consequenter, si usuræ non sint promissæ, creditor tamen easdem est post facto acceperit, privilegium prælationis cessat.

SCHOLION. Veritas propositionis confirmatur arg. l. 7. §. 2. ff. depos. ibi: dummodo eorum, qui postea usuras accepterunt, ratio non habetur, quasi renunciaverint deposito. Add. LAUTERBACH, in diff. de privil. pers. §. 18.

§. XXVI.

cessat, usurvis ex mora petitatis. Si usuræ non promissæ petantur ex mora privilegium prælationis cessat. Creditor enim qui ex mora petit usuras, ipso facto declarat voluntatem mutandi gratuitum mutuum in usurarium & ipsius voluntas contra debitorem efficax est, qui, volente creditore, ad usuras moræ obligatur, consequenter per probata (§. 25.) paria sunt an exigantur usuræ promissæ, an non promissæ ex mora petantur. Quamobrem, cum repugnet pecuniam s. u. mutuo esse datam, si usuræ sint promissæ, evidens est, cessare privilegium si usuræ non promissæ ex mora petantur.

SCHOLION. Caveant ergo qui pecuniam s. u. crediderunt, ne in concursu creditorum usuras moræ cum forte liquident, quod aliquoties ab incautis causarum partionis factum memini.

§. XXVII.

cet frustra si ut perita. Cum voluntas creditoris usuras moræ petentis contra debitorem efficax sit, ex probatione priori propositioni adjecta

adjecta recte infertur: privilegium prælationis cessa-
re, licet usuræ ex mora frustra sint petitæ.

§. XXVIII.

Cessat privilegium prælationis, si usuræ ordi- cessat, ob or-
nariis minores petantur vel accipientur. Extra suras ordi-
dubium enim est positum, quod usuræ, ordinariis mino- nariis mino-
res, sint aliqua usuræ, privilegium autem prælationis con- res,
cessum est pecunia, de qua nullæ usuræ sunt praestandæ,
dem Geld, welches keine Rente giebt; consequenter locum
habere nequit, si usuræ ordinariis minores petantur vel
accipientur.

§. XXIX.

Cessat privilegium, si quæcunque res a pecu- cessat, ob a-
nnia numerata distincta usurarum nomine petan- lias res usu-
ratur vel accipientur. Etenim, cum pacta dant legem riarum no-
contractibus, usuræ de pecunia numerata mutuo data, in mine petitæ.
eodem genere alias præstandæ, juxta contrahentium vo-
luntatem in aliis rebus constitui possunt. TIT. in J. Priv.
L. IV. c. 21. §. 20. Si ergo alia res a pecunia numerata
diversæ usurarum nomine petantur vel accipientur, quin
usuræ petantur vel accipientur, dubitari nequit; conse-
quenter cessabit hoc casu privilegium prælationis pecunia
l. u. creditæ concessum.

§. XXX.

Creditor honorarium intuitu pecuniæ s. u. cessat, inter-
creditæ a mutuatario acceptans, privilegio non frui- veniente ho-
tetur. Etenim privilegium prælationis cessat, si creditor
aliquid loco usurarum acceperit, (§. 28. & 29.) accipit au- norarie.
tem aliquid loco usurarum, quando honorarium non re-
cusat. Nam honorario, quatenus mutuo accedit, alia
distin-

distincta ratio non respondet, quam pretium pro usu fortis vel quantitatis creditæ, & cum eadem notio usuris conveniat l. 23. & 28. C. de usur. honorarium mutuo accedens & usuræ solo nomine differunt, quod rerum essentiam mutare nequit; Consequenter creditor honorarium intuitu pecunia f. u. creditæ acceptans, privilegio prælationis gaudere nequit.

SCHOLION. Non obstant l. 6. pr. l. 7. ff. Mandat. Quamvis enim ex his recte inferatur, honorarium mandato, qua negotio gratuito, accedere posse; minus recte tamen concluderetur: negotiis gratuitis indistincte honorarium accedere posse, ut gratuita permaneant. Salvis ergo LL. cit, differentiam inter honorarium quod mandato, & quod mutuo accedit, admisimus. Qui ulterius instaret, quod honorarium non pro usu pecunia creditæ, sed in remuneracionem officii humanitatis, per mutuum gratuitum præstiti solvatur, ille distinguat velim, quæ apparent & quæ sunt, & non amplius dubitabit, quod honorarium mutuo quacunque ratione & qualicunque intentione accedens, pro usu fortis, gratis licet concessio solvatur. Careat ergo privilegio prælationis, qui gratis pecuniam mutuo dat, sed honorarium pro mutuo gratuito non refusat.

§. XXXI.

*Competit, non obstante termino fo-
tutionis.* Terminus restitutioi pecunia f. u. mutuo datae præfixus, privilegio non obstat. Etenim per terminum restitutioi præfixum, certum tempus designatur, quo existente, pecunia gratis mutuo data est restituenda, sed tempus, quo tale non est modus inducendæ obligationis BARBOSA. Ax. XL. v. Tempus; Consequenter terminus restitutioi præfixus mutuum gratuitum in usurarium convertere nequit. Quamobrem cum positio termino restitutioi præfixo non tollatur mutuum gratuitum; evidens est illum non obstare prælationi pecunia f. u. mutuo datae.

SCHO-

SCHOLION. Evidem in lite *in Schol. ad §. 24.* notata, contra prælationem imprimis urgebatur, quod terminus restitutioñis in chirographo sit expressus, post hujus lapsum autem gratuitum mutuum in usurarium esset conversum, cum usuræ non promissæ ex mora debeantur; Sed recte creditor regerebat, non in termino restitutioñi præfixo, sed in mora solvendi, post lapsum termini contingente, contineri rationem, quod creditor usuras exigere possit, & tunc demum mutuum gratuitum fieri usurarium, si creditor usuras moræ exegerit.

§. XXXII.

Ex eo, quod tempus non inducat obligationem, facile licet fuerit intelligitur: Termini extensionem non obstatre privilegio prælationis, sed huic locum esse concedendum, licet terminus restitutioñis sit brevissimus.

SCHOLION. Notabile exemplum observavimus in prioritatis sententia, ab Ampl. Sen. Rost. in causa concursus B. Anno 1739. publicata,

No. 7.) M. H. mit den Rest des Capitals so sie dem Liquidato in Febr. a. p. ohne Zinsen angelichen. licet enim ex chirographo terminus restitutioñis apparebat brevissimus:

So ich gelobe innerhalb 2 a 3 Tagen wieder zu bezahlen. nihilominus jus prælationis liquidanti M. H. concedebatur.

§. XXIII.

Non minus ex ineffacia temporis inducendi obligatioñem infertur: Privilegium prælationis obtinere, sine qua non licet constet, creditorem pecuniam s. u. non creditore consideratur.

D didisse,

didisse, nisi mutuatarius in brevem restitutionis terminum consenserit.

SCHOLION. In hoc casu creditor nonsolum requiritis privilegii, sed & causę ejusdem satisfecit, hinc nihil obstat, quominus privilegio fruatur.

§. XXXIV.

*Quando non
competit post
lapsum diei.*

Si ad certum tempus pecunia s. u. sit mutuo data, adjecto pacto, quod post lapsum diei mutuum debat esse usurarium, tum post lapsum diei privilegium prælationis non competit. Etenim vi pacti post lapsum diei extinguitur mutuum gratuitum & pecunia, antea gratis data, accedunt usuræ; consequenter prior obligatio novatur & in locum mutui gratuiti succedit usurarium. Quamobrem cum privilegium prælationis pecun. s. u. mutuo data sit conceatum, (§. 12.) illud locum habere nequit, quando vi pacti, post lapsum termini mutuum usurarium esse debet.

§. XXXV.

*comperit, ob
pecuniam
minimam
mutuo da-
tare.*

Privilégium prælationis pecuniae s. u. mutuo datæ, licet sit minima, denegari nequit. Quidcunque enim quantitat in genere tribuitur, illud minimæ denegari nequit; atqui privilegium prælationis quantitat, seu pecunia gratis mutuo data, in genere tribuitur, per textum, Geld, welches keine Rente giebt; ergo pecunia gratis mutuo data minima denegari nequit.

SCHOLION. Sed num Prator etiam minima curat? Aff. regulariter, cum justitiae ratio non ex quantitate rei petitæ; sed suis regulis æstimanda. Non desunt etiam exempla minimorum, quæ Prator curavit: in L. II. R. gesti §. I. ff. de R. C. negatur, valere conventionem si convenierit, ut qui decem accepit, undecim reddat; Et ob le-

gis

gis rationem, ejus dispositio etiam ad numerum supernumerarium est referenda, cum hic nec mutui, nec istrarum, nec donationis nomine peti possit, vid. SIBRAND in *disp. de minimo C. III. §. I.* In §. 16 *J. de Rer. Divis* actio furti pro una gallina exercetur, quam ad unicum ovum extendit MANTZ. *ib. n. 15.* TUSCH. *Conclus. 239. lit. M.* Idem elegantissimo præjudicio confirmat CARPZ. *P. I. Conf. 1. def. 9 n. 14.* ubi testatur opifices quosdam de gallo gallinaceo litigasse non tantum, sed & testes producendo & reproducendo, de attestatis testium disputando, tantum consumisse temporis, ut plaustra auctorum inde fuerint confecta. Plura exempla sifit SIBRAND, in *diff. alleg. C. III.* Imprimis in classificatione creditorum, ad petitia liquidantium, minima negligi non posse, ratio processus concursus cuilibet insinuat. Hinc Ampl. Senatus Rostoch, in causa concursus S. antea memorati minimæ pecuniae s. u. cedita juxta prælationis tribuere non dubitavit.

No. 8.) H. E. D. mit 26. Schilling restirenden den 13.
Febr. 1739. als baar ohne Zinsen angeliehenen
Geldes.

§. XXXVI.

Qui obærato, ex sola hac ratione s. u. mutuam dat pecuniam, ut in creditorum concursu sortem habeat salvam, privilegio prælationis non gaudet. Qui enim ex sola hac ratione, ut sortem in concursu salvam habeat, s. u. pecuniam mutuam dat, illi in mente non venit, officium humanitatis per mutuum gratuitum exercere, sed proprio studet commodo; consequenter per rationem privilegii, quæ favorem officii humanitatis in mutuo gratuito respicit, a privilegio esset removendus. Quamobrem cum restrictiva privilegii interpretatione, remotionem casuum ex mente privilegiantis imperinentium, comprehendens STRYK. in *diff. de interpret. privil.*

D 2

*Non compe-
tie, ratione
privilegii in
casu Singa-
lari cessante.*



vil. c. VI. n. II., privilegiis conveniat (§. 11.); quin, ex sola hac ratione s.u. mutuo dans, ut in creditorum cursu sortem habeat salvam, privilegio prælationis non fruatur, dubitari nequit.

SCHOLION. Ne quis nobis objiciat, quod ratio altera legis quæ in odio usurarum consistit (§. 10), privilegio in memoratu casu minime obstet; paucis monendum censemus, quod hæc ratio in decisione causarum minime attendenda veniat, cum hodie usuræ ad genus licitorum & honestorum merito sint relatæ, & odium usurarum nullo nitatur fundamento.

§. XXXVII.

cessat in gene-
nere, si ratio
privilegii de-
ficit;

Cum probatio præcedens ad statum debitoris obserati non sit restricta, generaliter ex ea inferre licet: Toties cessare privilegium prælationis, quoties sola ratio mutui gratuiti sit utilitas creditoris ex privilegio prælationis haurienda,

SCHOLION. Casus ad hoc corollarium spectantes sunt Scholia ad §. 20, & 21.

§. XXXVIII.

Privilegium
pec. s.u. cre-
dite transit
in Successo-
res.

Privilegium prælationis pecuniae s.u. creditæ concessum, transit in Successores universales & singulares. Est enim privilegium rei vel causæ datum; (§. 4.) privilegia autem rei vel causæ data ad quoscunque transiunt successores per l. 68. & 196. ff. de R. J.

§. XXIX.

cessibile.

Cessionarius ergo, jure cedentis, privilegio prælationis fruatur. LAUTERBACH, in diss. de privil. red. pers. §. 43.

§. IX.

§. XL.

Nec in casu pecuniæ alienæ gratis mutuo datæ domino pecuniæ denegandum, si mutuum gratuitum ratihabuerit. add. LAUTERBACH, in Comen, ad ff tit. de R. C. S. 25.

§. XLI.

Si concurrent ob mutuum gratuitum privilegiati, & massa concursus omnibus non sufficiat, ^{concurrunt} pro rata in hæc pro rata inter illos est distribuenda, nulla, distincte, nec temporis, nec hypothecæ uni vel alteri constitutæ, habita ratione. Cum enim ob mutuum gratuitum privilegiatis, idem competit privilegium; ex solo privilegio ratio dari nequit, cur unus melioris conditionis esse debeat, quam alter; hinc ad massam insufficientem omnes pro rata erunt admittendi, quando solius privilegii, non temporis nec hypothecarum ratio est habenda. Enimvero nec hypothecæ, nec temporis, sed solius privilegii ratio habenda est in creditoribus, qui ex eodem privilegio hypothecaris indistincte præferuntur argum. 132. ff. de reb. aut. jud. poss. ibi: sed ex causa add. BRUNNEM. ad d. l. Quamobrem cum ob mutuum gratuitum privilegiati hypothecarii quibuscunque præferuntur. (§. 8) Massa insufficientis inter illos pro rata est distribuenda.

SCHOLION. In Sententia prioritatis in causa concursus W. Erben ante aliquot annos Rostochii publicata, pecuniæ s. u. creditæ sequenti ordine sunt locatae.

No. 9. P. S. mit 12 Rthlr.
so er sub hypotheca bonorum generali den 12.
Martii 1731. ohne Zinsen laut darüber empfange
nen Scheins angeliehen.

D 3

No. 10.

No. 10. H. S. mit 14 Rthlr.
so er ohne Zinsen sub hypotheca bonorum gene-
rali den 4. Aug. 1733. angeliehen.

No. 11. A. W. mit 24 Rthlr.
so sie laut Schein vom 16. April. 1728. ohne Zin-
sen angeliehen.

No. 12. J. H. mit 19 Rthlr.
so er ohne Zinsen Anno 1729. und 1730. angelie-
hen, laut seiner ad acta liegenden Rechnung.

Ratio ordinis autem, sequente ratione decidendi expli-
catur:

No. 9, 10, 11 & 12. Folgen die Creditores so ohne Zinsen
Geld angeliehen auf die pia corpora nach
L. R. d. Art. 12 jedoch gehen nach hiesiger
Praxi diejenigen secundum prioritatem tem-
poris vor, welche zugleich eine hypothec haben,
quia duplici vinculo nituntur, beyde letztere
aber, da sie ein gleiches Privilegium haben,
concurrit pro ratione temporis.

Enimvero cum nec duplicitas vinculi nec temporis diver-
sitas sit attendenda, de asserta praxi juris, fundamento
destituta, dubitamus, illamque ad simplicem ordinem in-
nocuum, non ad casum rariorem, quando privilegiati ad
massam insufficientem concurrunt, restringimus, add. l. 39.

ibi: quod non ratione introductum, sed errore primum,
deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus
non obtinet, ff. de LL.

CAP.

CAPUT III.

DE

MODO DETEGENDI INCOMPETENTIAM PRIVILEGII LATENTEM.

§. XLII.

Plures Cap. Ildo explicavimus casus, in quibus privilegium prælationis pecuniaæ s. u. mutuo datae cessat, competentia licet secundum tenorem chirographi id ipsum competere latentis. deberet; Hos & similes referimus ad exempla incompetentiæ latentis; quæ proinde erit: Incompetentia privilegii prælationis ex chirographo haud cognoscibilis.

§. XLIII.

Incompetentiam latentem detegit, qui probat factum ob quod privilegium prælationis, chirographo apparenter conveniens, cessare degatur. Quomodo in genere deteguntur.

§. XLIV.

Media detegendi incompetentiam latentem, Media detegendi sunt modi probandi jure permissi. (§. 43.)

§. XLV.

Facultas detegendi incompetentiam privilegii latentem, creditoribus postlocatis competit. cui facultas detegendi competit. Cum enim creditoribus postlocatis licite intersit, ne ipsi ex privilegio præferantur, qui eodem non gaudent; utilitatem autem licitam legi modo promovendi, nemini sit prohibitum; quin facultas detegendi incompetentiam privilegii

vilegii latenter creditoribus postlocatis competit, dubitari nequit.

§. XLVI.

*Modus deo-
egendi in
comp. laen-
tem per in-
terrogatio-
nes.*

Incompetentiam latenter detegere licet per interrogations a judice ad instantiam creditorum postlocatorum faciendas. Etenim judici in Clemente 2. do V. S. permittuntur interrogations pro adjuvanda probatione ad petitionem partis, si æquitas hoc svadeat, add. LEYSER, Spec. 120. mod. i. STRYK. in U. M. tit. de interr. in jur. fac. §. 31. In præsenti vero casu æquitas manifesta est, cum creditores postlocati, pro avertendo damno, difficultatem facti latenter probationem aggrediuntur; consequenter interrogationibus locus est concedendus.

SCHOLION. Sic nuperime in curia Rostochiensi, ad petitionem creditoris, in prioritatis sententia postlocati:

Die verdächtige Creditores, welche Geld ohne Zinsen angegeben, ohne communication des exhibiti für Gericht zu laden, und selbige separatim, auf eine solche Art, wodurch insgemein die Wahrheit anschlich gebracht wird, examiniren zu lassen; decernebatur: Es wird denen Herren der Cammerer communicata copia committiret; wann Supplicantes einige Frag-Stücke würden eingereicht haben, wie ihnen zu thun oblieget, intus benannte darüber nach allen Umständen anzuhören, und das protocollum so dann zu weiterer Verordnung einzusenden. Publ. den 16. Sept. 1739.

Dekine ad sequentia interrogatoria examen instituebatur.

(B. 200 Dthsr.)

Inter. 1. Ob Er { M. 100 ; } dem seligen J. H. im H. 80 ; Octobr. 1730. angelichen habe?

2. Wie er dazugekommen, daß er ein solches Capital J. H. anvertrauet habe?

3. Auf

3. Auf wie viel Jahr er solches Capital angelichen habe?
4. Warum keine Zeit der Wiederbezahlung in der Ver-
schreibung gesetzet worden?
5. Ob und zu welcher Zeit er sein Capital wieder gefor-
dert habe?
6. Warum ers wieder verlanget habe?
7. Ob J. H. das angelichene Geld nicht wieder bezah-
let habe?
8. Ob J. H. ihm nicht eines Jahres Zinsen vorausge-
geben habe?
9. Wie viel Zinsen er in allen Jahren von J. H. em-
pfangen?
10. Ob er J. H. um die rückständige Zinsen gemahnet
habe?
11. Ob J. H. die Zinsen an baaren Gelde bezahlet habe?
12. Was er für die Zinsen an Geldes Wehr emp-
fangen?
13. Ob nicht J. H. bey der Anleihe versprochen, daß er
ihm das Capital, so lange es bei ihm stünde ver-
zinsen wollte?
14. Was er darauf geantwortet?
15. Ob er J. H. die Gelder, ohne Zinsen dafür zu be-
gehren, angelichen habe?
16. Ob er J. H. zu verstehen gegeben, daß er keine Zins-
sen von ihm verlangte?
17. Was ihn dazu bewogen sein baares Geld, ohne Zins-
sen dafür zu geniessen, auszuleihen?
18. Ob er erforderlichen Falles mit einem cörperlichen
Eyde erhalten habe 1) daß er keine Zinsen von
J. H. jemahlen verlanget, 2) dieser ihm auch kei-
ne Zinsen versprochen, 3) keine Zinsen bezahlet,
und er 4) weder baares Geld, noch 5) Geldes
Wehr in Ansichtung der Zinsen, von J. H. empfan-
gen hätte?

E

Ceterum

Ceterum nemo non intelligit, interrogations ex facto probando desumendas & ita concipiendas esse, ut finis propriæ, direæte vel indireæte, confessionis probabiliter obtineatur. Facili etiam opera, alia interrogatoria ad duæum propositionum illo capite exhibitarum, pro diversitate factorum, formari possunt.

§. XLVII.

*Modus de-
bet. incompe-
tentiam la-
tentem per
delationem
juramenti.*

Pro detegenda incompetencia latente delatio juramenti creditoribus postlocatis permittenda est. Quoniam lis de incompetencia latente concernit interesse creditorum pecuniarium (§. 45.) ad causas civiles, quæ interesse privatum respiciunt, sine dubio est referenda. Quamobrem cum delationi juramenti in quibusunque causis civilibus locum habeat: l. 3. l. 34. pr. ff. de jurejur. nec creditoribus postlocatis pro detegenda incompetencia latentes denegari poterit.

§. XLVIII.

*Delatio jura-
menti locum
habet licet nri-
bit sit proba-
tum.*

Delationi juramenti locus est, licet creditores postlocati nihil probaverint. Etenim in genere delatio juramenti admittitur, si aliae probationes deficiant arg. l. 35. ff. eodem. add. SCHOEFER. in diss. de juram. judic. sine probat. delato. Nec ratio dari potest, cur in casu praesenti incompetencia latens exceptio a regula admitti debat; consequenter delatio juramenti creditoribus permittenda est, licet nihil probaverint.

§. XLIX.

*vel cause
probabiles
mutui gra-
tuiti ad fint.*

Causæ mutui gratuiti probabiles delationi juramenti non obstant. Quemadmodum enim causæ probabiles non excludunt veritatem oppositi; ita etiam sæpiissime jus prælationis cestat, licet pecunia s. u. sit credita.

dita. (cap. 2.) Quamobrem cum delationi jurisjurandi locus sit, licet nihil probatum, (§. 48.) Quin causa mutui gratuiti probabiles delationi juramenti non obstante dubitari nequit.

SCHOLION. In causa concursus M. exempla, causarum verosimilium occurrabant. Es hatte H. dem liquidato 200. Mark zu seiner anzufangenden properen Handelung, ohne Zinsen vorgeschoßen, weil er mit ihm zugleich Gedienet. Item W. hatte dem liquidato 310. Rthlr. zur Einrichung seiner Handlung ohne Zinsen angeliehen, weil er sein vieljähriger Laden-Diener gewesen; Sed, his non obstantibus, H. & W. ad instantiam unius creditoris postlocati, juramentum sequentis tenoris, in praesentia duorum Notariorum, absentes subscribere obligabantur:

Ich schwere, daß ich wieder M. liquidante und in der Priorität Urihel sub No. 16 classificate Poste obgemeldeten liquidato würcklich angeliehen, darauf keine Zinsen, noch sonstens auf anderer Weise desfalls Vergütung erhalten habe, als mir Gott helfe und sein heiliges Wort.

Simili modo Jcti Francofurtes, in causa M. contra S.
Anno 1738. den 11. Jan. pronunciabant;

Das es der eingewandten Restitution ungeachtet, bey dem am 24. Octob. 1735. eröffneten und No. actorum 26. befindlichen Urihel verbleibet, jedoch mit dieser Erklärung, daß implorat von dem sub No. 4 befindlichen Capital keine Zinsen empfangen zu haben, zu schweren schuldig.

§. L.

Delatio juramenti creditoribus postlocatis per-
mittenda est, licet adversarium doli arguant,
Creditores enim juramentum super incompetencia latente
putetur.

E 2

dese-

deferentes civiliter agunt. (§. 47.) Sed in casu doli & generaliter, in causis famosis, delatio juramenti, si civiliter agatur, admittitur. BARTH. *diff.* 502. §. 2. *ibique all.*; consequenter allegatio doli delationi Juramenti non obstat.

§. LI.

*De formula
juramenti.*

Formula juramenti ita est concipienda, ut relevet incompetentiā latentem. Etenim creditorum intentio est, per delationem juramenti incompetentiā privilegii probare (§. 43.) Sed quia probata non relevant, ad probandum non admittuntur; Imprimis jurandum frustratorium, quamvis re judicata subinxum, evitandum est BARTH. *diff.* 488. §. 2. § 4. *ibique all.* formula ergo juramenti ita concipienda est, ut relevet incompetentiā latentem.

SCHOLION. Regulariter & consequenter in dubio, juramentum ea forma, qua a creditoribus delatum, praestandum est *l. 3. S. f. ff. de jurejurand. add.* BARTH. *Ios. cit. n. I. ibique all.*

§. LII.

*Relatio ju-
ramenti de-
lati cessat.*

Juramentum super incompetentiā latente delatum referri nequit. Juramentum enim super incompetentiā latente delatum concernit factum, quod ille cui defertur, tantum scit, aut saltim longe melius quam creditores deferentes, qui illud ex chirographo cognoscere nequeunt. (§. 42.) Sed relatio juramenti delatum demum admittitur, si is cui refertur, æque notitiam rei de qua jurandum habeat, BRUNNEMANN. *ad l. 8. ff. de jurejur. n. 17.* BOEHMER, *ad ff. cod. tit. §. 25.* consequenter cessat quando super incompetentiā latente jusjurandum est delatum.

§. LIII.

§. LIII.

Præter interrogations a judice faciendas & jura- De aliis mē-
menti judicialis delationem , alii dantur modi detegendi dis detegen-
incompetentiam latenter privilegii prælationis pecuniaꝝ di incompe-
s u. creditꝝ, nempe probatio per testes vel documenta : tentiam re-
Quoniam vero illorum applicatio ad casus , forsan rarissi-
mos, regulis juris communis sat notis dirigatur, lecto-
rem ad titulos ff de probationibus , testibus & fide
instrumentorum , remittimus , instituti &
temporis rationem habentes.

T A N T U M.

S. D. G.

Emendanda extantiora :

In (§. XII.) lin. 3. loco (§. I.) legatur (§. II.) In (§. XXI.) lin. ult. verbis
pecuniam gratis &c. inferatur verbum numeratam. In (§. XXII.)
lin. 2. loc. prælatione, leg. prælationis. In Scholio (§. XXIV.) l. 14.
loc. pronunciatur, leg. pronunciabatur & l. 16. loc. hypothecari,
leg. hypothecaris. In (§. XXV.) l. 1. loc. permisſe, leg. promisſe
& in margine loc. eſt, leg. ex, item l. 12. loc. eſt, leg. ex. In marg.
(§. XXVII.) loc. cet, leg. licet. In (§. XXIX.) l. 2. loc. distincta, leg.
distincta. In (§. XXX.) l. 7. loc. ratio, leg. notio.



PRÆNOBILISSIMO atque PRÆSTANTISSIMO
DOMINO CANDIDATO,
AMICO SUO VERO,
S. P. D.
P R A E S E S.

S Atis quidem Tu, OPTIME NEUCRANZI! mibi,
scripturo gratulationem, dissertationi inaugurali
tuæ subnectendam, thematis es; nam & mores
tuos & studia & modernum propositum laudare, felicissi-
ma, DEO secundante, fata præfigire, amplam scriben-
di subministrat materiam; sed placet occasione hujus epि-
stolæ, ceu appendix novæ dissertationis ad Jus Lube-
cense, communicare Supplementa Bibliothecæ Juris
Lubecensis. Supplementa inquam; Nam Vir ille fa-
migeratissimus, quem punc Holstatiæ ceu Cancellarium
veneratur, Dominus de WESTPHAL, cum in hac Aca-
demia jura doceret, anno nempe 1727. in disp. de Ori-
gine & fontibus Juris Lub. ejusque usu, autoritate,
elogio & subsidiis a p. 66. Interpretæ Juris
Lubecensis largiter & eleganter, ita ut spicilegium in-
flituere labor sit inanis, recensuit. Maxime igitur re-
spiciendum erit ad accessiones post annum 1727. Per-
spiciens mea annotata & qualescumque, studio hujus Ju-
ris, ex parte patrii, dicatos loculos, quæ exponenda &
juxta seriem temporis alleganda habeo, invenio sequentia,
inter quæ nonnulla obveniunt, quæ non adeo rubrum
quam tractatio ipsa hic referre sovit:

Laur. Peters, Hamburg. diss. inaug. de Alienatione bono-
rum hæreditariorum, Lugduni 1693.

Eliæ Vedeleri, Saxo-Brem. diss. inaug. de obligatione uxo-
ris ob æs alienum mariti, Franequ. 1694.

Christ.

- Christ. Nettelbladen, Jcti Gryph. diss. de fontibus Juris Lubecensis, Gryphiaw. 1728. M. Febr. Resp. Olavo Rosenio, Gothob. Sveco.
- D. Ern. Joach. Wesspalii, diss. de indolepræctica Juris Lubec. in civitatibus Mecklenb. Rost. 1728. M. Apr. Resp. Fratre. Herm. Georg. Krohnen, Rostoch. jam Synd. Reip. Lubec. diss. inaug. de Concurso Novercæ cum Privignis, Ba. fil. 1728. M. Mayo.
- Nic. Gothofr. Steuernagels, Memorabilia Statutorum Lubecenium & Hamburgenium Axomatico-Harmonica, Alton. 1731. 4.
- J. Georg. Wilh. Mercati, Adv. Holz. diss. inaug. de Juris Canonici Testamento testamenti Lubecensis causa, hab. Kilon. 1730. Präf. Joh. Zach. Hartmanno, Jcto.
- Christ. Godofr. Hoffmanni, Jcti Francof. Progr. ad diss. inaug. Nic. Rumpffii, Hamburg. de Jur. Lub. antiquo quodam codice, 1731.
- Carl. Frid. Zerran, Lubec. diss. inaug. de Communione bonorum, secundum Jus Lub. considerata, Gieß. 1731.
- Joach. Frid. Taddelin, Rostoch. jam Senatoris Reip. patriæ, diss. inaug. Präf. Jac. Carmon, Jcto hab. Rostoch. 1733. de Abdicatione Liberorum secundum principia Juris Civilis, morum Germanorum & Juris Lubecensis.
- Joach. Andr. Helvigi, Jcti Gryph. de Juris Lubecensis non-usu in civitatibus Pomeraniae, 1733. Resp. Christ. Albr. Sinnig, Rostoch.
- Steph. Alberti, Jus Digestorum cum collationibus jurium nonnullorum, Speciatim Lubecensis, Region. 1734. 8.
- Me Praefide ab Henr. Nettelbladt, Rost. jam J.V. D. 1734. hab. de præstantia jur. Lub. circa fidem civium augendam.
- Joach. Frid. Carnaten, Parchim. diss. inaug. de portione conjugum statutaria Lubecensi, hab. Gryph. 1738. Präf. Christ. Nettelbladt, Jcto, qui præmisit modestam vindicationem suæ de fontib. Jur. Lub. conjecturæ.
- Me Praefide, a Joh. Joach. Befelin, Rostoch. 1739. hab. diss. exhibens singularia testamentorum, speciatim legitimam collateralium Juris Lub. vulgo 8. Schilling 4. Pf.

His



His tua hodierna Clarissime Domine NEUCRANZ!
accedit, faxit Deus feliciter. Cætera quæ de Studiis &
literis, quibus imbutus es, largiter scribere possem, verat
rua modestia; Laudo igitur tantum tuam ergo Amicos tu-
os & me amorem, continua illum & habebis reciproca of-
ficia; Felicem exerce praxin, & crede, quod vere aurea
illa sit futura, si odio prosequutus fueris profanum vulgus
Rabularum, quod evertendis aliorum fortunis quæsum fa-
cit. Cura, ut pedentim inclarescas, & cave tibi, in pri-
mis tuis annis, ne putas, te neminem, etiam si pessimam
causam habeat & nequam si, arcere debere a tuo patro-
cino, quo ex numero clientum famam acquiras; Talis
enim praxis impia est, & a voce fama duo diversi odoris
derivantur adjectiva, imo artes rabulisticæ, quas insuper
exercere levis armaturæ miles potest, infeliciter cum die
cedunt; Caterva enim talium hominum post annos ipsa vi-
det, quam male consuluerit devote adoratus & juraram
spem victoriae faciens causidicus, atque interim male
olet & audit apud illos qui solidas causas tractandas
habent. Hoc est idem monitum, quod jam ante annos
tibi solertissimo meo auditori & Commilitoni & aliis,
more meo, dedi, quod in omnibus practicis admonitionis
bus repeterem solo, quodque tuus optimus Dominus Ho-
spes, Practicus Mecklenburgicus primi ordinis, Consult.
Dn. WEISSE, Fautor meus intime colendus, ore &
facto semper approbavit. Vale Vir dilectissime! &
me, ceu tuo vero amico utere, nec depone eam mentem
qua erga me usus hactenus fuisisti. Sed cur te horum
admoneo, te, qui DEum times & iordentes mores sem-
per detestaris. Vale.

Dabam d. 16. Jun. MDCCXL.



Rostock, Diss., 1739-41
X 2373039

6

1740, 3.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE

JURE PRÆLATIONIS PECVNIAE SINE USURIS CREDITÆ, Som Selde so feine Rente giebt, AD ARTICULUM XII. LIBR. III. TIT. I. JUR. LUBEC.

QVAM

SUB UMBONE ALTISSIMI,
ET INDULTU AMPLISS. JCTORUM ORDINIS
IN ACADEMIA PATRIA VARNO-BALTHICA,
ANNO O. R. MDCCXL. D. JUN.

SUB PRÆSIDIO

DN. ERN. JO. FRID. ~~Sanzeln~~,

PHIL. ET J. U. D. ATQVE INSTIT. P. P. O. FAMIGERATIS-
SIMI, AMPLISS. FACULT. JURID. AD H. A. DECANI
SPECTABILISSIMI,

PATRONI, OLIM QVE PRÆCEPTORIS OMNI OBSERVANTIAE
GENERE ÆTERNUM COLENDI, PROSECVENDI,

PRO LICENTIA,

SUMMOS IN UTROQVE JURE RITE CAPESSENDI,


HONORES,

PUBLICÆ, EIDEM QVE PLACIDÆ DISQVISITIONI
SUBJICET,

BERNH. FRID. NEUCRANTZ,
JUR. CAND.

ROSTOCHII,

Typis JOH. JACOBI ADLERİ, SEREISS. PRINCIP. & ACAD. Typogr.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres

